

tempore revelare gratie. excepto hoc solum
 q̄ regni celestis ianuam intrare nunquam
 poterant tantum in sinu abrahe post mor-
 tem beata requie consociati superne pacis in-
 gressum felici spe expectabant ut expresse di-
 cit beata super lucam. Sicut ergo pueri non
 facti membra xpi in lege nova p̄ baptismū
 indulgentiam xpi recipere non poterant
 nec possunt. Ad primum ergo argumen-
 tum dicendum q̄ circumcisio nichil opera-
 tur ad salutem illis qui p̄ baptismum tenen-
 tur effici membra xpi post eius aduentum
 in nova lege. sed in veteri lege non teneban-
 tur effici p̄ baptismum membra xpi ipso nō
 dum instituto immo p̄ circumcisionem. p̄ il-
 lo statu locum baptismi tenentē z est eadem
 ratio de privatione utriusq̄. Ad secundum
 dicendum q̄ non est simile quia in sanctis
 patribus erat gratia p̄sonalis et sacramenta-
 lis p̄ quam effecti sunt membra xpi et sic ef-
 factum passionis eius p̄ceperunt quod non
 fuit de eorum filiis. Ad tertium dicendum
 q̄ si non conferbatur ex vi sacramēti aut ex
 ipsius circumcisionis efficacia p̄pter ipsius
 tamen dei pactionem et ordinationem con-
 ferbatur ex quadam inseparabili conconi-
 tancia zc. ¶ Sextum dubium an papa p̄
 communicationem indulgentie possit lim-
 bum puerorum expoliare. Et videtur primo
 q̄ sic quia maior est pena sensus quam pe-
 na dampni. cum pena dampni minima vi-
 ceatur esse. Sed locus purgatorij in quo exi-
 stentes puniuntur pena sensus expoliari po-
 test p̄ communicationem indulgentie et fina-
 liter locus ille ex merito passionis xpi totali-
 ter destruitur ergo multo fortius limb⁹ pue-
 rorum potest expoliari p̄ communicationem
 indulgentie in quo existentes puniuntur so-
 lam pena dampni. Secundo sic i limbo pu-
 niuntur solum illi qui p̄ peccato originali
 sibi detinentur sed p̄ passionem xpi sicut spo-
 liatus limb⁹ sanctorum patrum qui p̄ tali

peccato ibidem tenebantur igitur multo ma-
 gis p̄ indulgentiam passionis xpi limb⁹
 puerorum potest expoliari. Tercio sic limb⁹
 puerorum ponitur esse incendio terre cū po-
 natur esse quedam pars inferni si ergo non
 expoliaretur intentio nature frustraretur qz
 tunc gratia ad centum ferri non possent

¶ Inoppositum est quia locus non potest
 expoliari manente locato sed pueri non bap-
 tizati et non circumcisi p̄petuo ibi manebūt
 igitur predictus locus expoliari non potest
 Respondeo dicendum sicut dicit beat⁹ gre-
 gorius. p̄p. moralium occulta inferni nullo
 a nobis naturali sensu penetrantur. Angu-
 stinus tamen vinum de istis occultis conat⁹
 est penetrare alterum vero sub dubio z in pe-
 netratum relinquere hoc enim asserit certū
 de inferno q̄ nunquam infernus in bonum
 accipitur. Unde dicit. xij. super genes. Non
 dum inveni et adhuc quero nec michi occur-
 rit inferos alicui in bonam partem posuisse
 dumtaxat scriptura canonica. Ubi autē sit
 aut in quo loco terre vel mundi in libro de
 civitate dei sub dubio et in penetratum relin-
 quit. xij. tamen scribit super gen. vbi asser-
 tine videtur loqui. q̄ infernus sit infra terrā.
 p̄pter tria. Primo p̄pter nominis interpre-
 tationem. quia infernus eo quod sub terra
 dicitur esse dicitur quasi infra et in terra sunt.
 Sicut enim secundum spiritū inferiora sunt
 omnia terrestria. Ita secundum corpus ut
 ait inferiora sunt omnia graviora cuiusmodi
 terra est. Secundo p̄pter congruam signifi-
 cationem. Nam quia defunctorum anime
 amore inferiorū scz carnis peccaverunt dig-
 ne mortue carne. hoc exhibetur q̄ sub terra
 recondantur. Tercio p̄pter xpi visitationem
 quia xps dominus visitaturus infernum ad
 inferiores partes terre dicitur descendisse.
 Juxta illud apostoli ad ephesios quarto.
 Quod autem ascendit quid est nisi quia et
 descendit primum in inferiores partes terre

E 4